



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXXXI. Domine, non est exaltatum cor &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Culpam propitius sed ut remittas,
Te fontes, Deus, en timemus omnes.
Expecto Dominum meum Iehouam,
Expectat mea mens suum Iehouam.
Verbo polliciti fides manebit.
Cor de nocte Deum sicut morantem.
Ad clarum usq; diem ut cupit morante
Aurora & excubitor videre lucem:
Fidas, Isacidum genus, Iehoua,
Semper qui tuus est pius redemptor,
A noxis redimet suos fideles,
Cunctis criminibusq; liberabit.

PSALMVS CXXXI.

Domine, non est exaltatum cor &c.

CVR, Domine, ante tuos vultus ego corda superba,
Cur gererem elatum et grande supercilium?
Rebus ego an magnis me unquam ingerere inscius
Qua superant vires iudiciumq; meum? (ausim,
Ad te quin potius nisi mens reuocetur, inanis
Immemor ut lactis fit puer, illa tui.
Ergo Deus, pendens ceu matris ab ubere, in uno
Te spem perpetuam collocet Isacides.

L 1 2

PSAL.